



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

In this case, the document is evidence of the existence of a lost Roll, rather than a Roll itself.

For more details of the original court rolls and other documents, please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original document.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original document, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll [Thursday] 28 Oct 1507

N.B. This Roll is not extant. The following is from Roll F3 [previously E3] (verso), ll. 25-50, for 29 Nov 1523, which refers to a transaction of this earlier date :

Ad istam Curiam venit Johannes Dove tercius filius Johannis Dove patris suus & Ostendit Curie et Dicit quod omnes parcellae terrae qui predictus Johannes Dove huius pater sursumreddidit ad eius usum non sunt in Coppia sua particulariter entratur set in grossa & ad hoc testificantur per Homagium ideo consideratum est per Curiam quod copia sua de nova entratur in ista Curia ut sequitur

Ad Vissum Franci plegii cum Curia ibidem tenta Die Jovis videlicet in festo sanctorum Simonis & Jude anno regni Regis Henrici vijⁱ xxij^o [i.e. 28 Oct 1507] irrotulatur sic ad hanc Curiam Senescalus recordat quemdam sursumreddicionem sibi factam extra Curiam per quam Johannem Dove &[sic] sursumreddidit in manus domini totum illud tenementum cum suis ppertinencijs quod Jacobus Pyke nuper tenet ad firmam de predicto Johanne cum omnibus terras & tenementa eidem pertinentibus necnon diversas parcellas sequentes videlicet unum Croftum vocatum Uppercrofte octo acras terre iacentes in quodam Campo vocato grete Nappys iacentes in diversis parcellis ibidem & ij acras terre iacentes in alio campo vocato lyttell nappsse & iacentes inter terram nuper Johannis Legh ~~ni~~ militis ex utraque parte & duas Clausuras unde unum[sic] vocatam longeborne continentem duas acras & dimidiam & alliam vocatur greteborne duas acras prati vocatas Aspole duas acras terre iacentes apud Camerwell Hylle iacentes inter terram nuper Johannis Wylde ex parte orientale & terram Henrici Wodcoke ex parte occidentale duas acras terre vocatas lordscrofte unam acram terre vocatam Wrethes acre unam acram terre iacentem in Newlandes cum pertinentiis ad Ussum Johannis Dove tercii filij Ipsius Johannis Dove patris & heredum de Corpore suo legitime procreatis & pro deffectu talis exitus remanere debet Johanni Dove fratris ipsius Johannis Dove & heredibus de corpore suo legitime procreatis & pro deffectu talis exitus remanere debet Henrico Dove filio eiusdem Johannis Dove patris & heredibus de corpore suo legitime procreatis & pro deffectu talis exitus remanere debet Humfrico Dove fratris suo & heredibus de corpore suo legitime procreatis & pro deffectu talis exitus remanere debet Johanni Scotte heredibus & assignatibus suis imperpetuum in modo & forma prout in ultimo voluntate eiusdem patris plenius continetur Cui dominus per Senescallum concessit eidem Johanni Dove inde seisinam habendum & tenendum predicta tenementa-& cetera premissa cum suis pertinentiis prefato Johanni Dove & heredibus suis in forma predicta ad voluntatem domini secundum consuetudinem manerij per redditus & servicia inde debita & de iure consueta & predictus Johannes Dove tercius filius dedit domino pro fine pro tale ingressu inde habendo tantum quantum dat de redditum & admissus est tenens & fecit domino fidelitatem